



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Decretum. XI [i. e. XXXI].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

Denunciaciones matrimonij ne fiat, nisi sponſis perentibus.

## Decretum. XI.

**DENUNCIATIONES** matrimonij à Parocho ante ne fiant, quàm ij quorum matrimonium denunciandum est; ipsi (si curæ suæ ambo subiecti sunt) & non alij eorum nomine (etiam si illorum parentes sint, aut ipsorum curam gerant) illas denunciations ab ipſo Parocho fieri postulent, aut ut fiant, consentiant.

Quod si diuersis in Parochijs illi habitant, vnus & alter item Parochus hoc ipsum vt supra seruet.

Nec verò matrimonium alter Parochus denunciet, nisi ab altero Parocho certior factus sit de consensu illius, qui alterius est curæ subiectus.

## Decretum. XXXII.

Denūc. fiat dieb. festis ex consuetudine, & alia quædam.

**MATRIMONII** denunciations quæ diebus festis fieri debent, non ijs solum festis diebus fiant, qui præcepto Ecclesiæ coluntur; sed ijs etiam fieri liceat, qui vniuersali huius Ciuitatis consuetudine seruari solent.

Eo autem die quo postrema fiet Matrimonij contrahendi denunciatio, matrimonium ne celebretur, nisi is nouissimus dies sit ante Quadragesimæ aut Aduentus initium.

Omnibus autem matrimonij denunciationsibus absolutis, si matrimonium ipsum absque legitima causâ intra mensem non contrahetur, Parochus Sponſos matrimonio ne iungat, antequam eiusdem matrimonij denunciations iterum factæ sint.

## Decretum. XXXIII.

Denunciacionū fides fiat illis tantum absolutis.

**PAROCHVS** qui populo matrimonium denunciauerit, quod Parochiæ suæ incola extra illius fines contracturus est, nullam exhibeat in scriptis fidem, qua se aliquam eius matrimonij denunciationem protulisse significet, quousque eas omnes quæ faciendæ erunt denunciations, omnino absoluerit.

## Decretum. XXXIII.

Impedimentum matrimonij ne à parocho deſidatur.

**SI** Parocho qui matrimonium promulgabit, aliquod denunciatur impedimentum, quamobrem inter sponſos illud contrahi non posse dicatur: is ne ad illius matrimonij celebrationem, neque

ad aliam progrediatur denunciationem, etiam si id impedimenti quod aſſertur, vel falsum, vel malitiosum sibi videatur, vel nullius momenti: sed rem, si intra quindecim millia passuum ab vrbe abest, ad Archiepiscopum deferat; si verò longius distat, Vicarium foraneum de impedimento quod proponitur, certiore faciat; neque de eo quidquam ante statuat, quàm de eo quod faciendū sit, responſum acceperit.

## Decretum. XXXV.

**CVM** sponſi benedicendi sunt; vtrūque, sponſum scilicet & sponſam Parochus benedicat.

Quo in benedicendi munere Miſſæ sacrarum pro Sponſis fiat: nisi vel Dominicus, vel Fectus alius dies sit, quo die ex Ecclesiæ instituto pro eis fieri nõ liceat. quam ob causam tunc ne Parochus orationem, quam Collectam vocant, pro eis proare in Miſſæ sacro omittat.

## Decretum. XXXVI.

**MATRIMONIVM** ne in alia quàm in Parochiali ea celebretur Ecclesia, intra cuius fines ij habitant, qui nuptias contrahere volunt. Quamobrem sacerdotes cui celebrandi matrimonij ab Archiepiscopo aut à Parocho auctoritas tributa est, ne sponſos ab eorum parochiâ illius rei causâ exire patiantur; sed ad parochialem Ecclesiam, in cuius finibus illi domicilium habent, ipse se conferat; eosque ibi matrimonio sanctè iungat.

## Decretum. XXXVII.

**NE** à sponſo, neque à propinquis, aut amicis eius sponſæ, quidquam in Ecclesia eidem sponſæ cum qua matrimonium tunc contractum est, vel contrahetur, dono detur.

Nec patiantur proterea Parochus illam in aliqua Ecclesiæ parte aut sedere aut stare, ad accipiendâ quæ ei offerentur munera.

## Decretum. XXXVIII.

**PAROCHVS** alienæ diocesis sponſum sponſamve matrimonio ne iungat, etiam si is fidem ab suo aſſerat Ordinario, qua testatum sit, eum nullo detin-

neri

Sponſorum benedictio quomodo faciendâ.

Matrimonium in parochiali Ecclesia celebretur.

Sponſæ ne quid in Ecclesia dono detur.

Parochus quæ seruare debeat in sponſis alienæ diocesis matrimonio iungendis.